Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31712
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

Cap. II

Ego flos campi. et lilium uallium. Sicut lilium inter spinas. sic amica mea inter filias. Ad litam datur intelligi. quod lectus dilecti floribus septus fuerit. quorum odore. et pulcitudine ipsa delectata sit. quin dixerit. lectulus noster floridus. et ipse blandiens ei ista dixerit. Allegorice autem ecclia perfectorum que est lectus xi. floribus cingitur. id est imperfectis in fide cum floribus ornatur. In flore namque non est fructus. sed spatium fructus. ita imperfecti fidem habent. non opera. quorum flos est xs scilicet fidem illorum ornat. qui dicit. Ego flos campi. Quod est dicere. Quod lectulus noster floridus est infidelibus. hoc est exerme. id est ego sum flos campi. i. ornatus xi anni populi. Flos dicitur a fluore quia cito fluit. Campus est terra inarata et pascualis. sponte proferens flores. Campus est tota ecclia in fide incorrupta. in qua pascua uite que profert uarios flores. i. diuersos iustorum ordines. scilicet rosas martyrum lilia uirginum. uiolas confessorum. et alios flores continentium. et legitime iniugatorum. Hui capi flos. i. decor. est xs ornatus omnium fidelium. Flos campi. propter dicitur flos paruulus nimis rubicundus. et est xs humilis factus. propter sanguine rubeatur. Campus. i. terra inarata. et uirgo uiolata. cuius flos est xs. quia de uirgine natus. Ipse est xs lilium uallium. quia honor humilium parentum suorum. In libro. v. ysidianum. quia est candidum. hinc aureum colorem. prominentem. et est odoriferum et pandulum. et semper incuruum.

Sic xs est candidus in humanitate. aureus in diuitate. odoriferus in predicatione. pandulus in suscipiendo penitentes. incuruus in descendendo peccatores. et sublleuando eos. Ipse est lilium uallium. hoc est ornamentum fidelium. Sicut enim uallis est inter duos montes. ita fideles sunt inter duas leges. et inter duos populos. scilicet iudeos. et gentiles. Sicut lilium inter spinas. sic amica mea inter filias. Quasi dicat. Sicut ego ~~ornatus~~ est lilium uallium. sic scilicet ornatus humilium. sic erit tua amica mea lilium spinarum. i. decor gentium. et sicut ego lilium fui inter spinas. uidelicet iudeos me pungentes et lacerantes. sic erit tua amica mea inter gentes filias babylonis. i. confusionis. que te multis spinis cruciatum pungent. et multis penis lacerabunt. In spina ita notantur. cito floret. cito arescit. aculeis pungit. ita mali cito diuitiis florent. et mortuum cito arescunt. et indo igni apti sunt. et malis moribus bonos pungunt. dicunt. Sicut lilium est ornatus spinarum. sic tu erit decor filiarum. quasi in floridio lecto quescens gerebatis. Vel ornamentum erit fide. et odoramate inter hereses. que uolunt esse tue filie cum sint spine. et filie babylonis. scilicet confusionis. Oratoriae. autem xs est flos campi. et honor et odor lectuli sui. scilicet fidelis aie integre in fide. quia facit in seo studio florere. quia est lilium uallium. i. decor humilium aiarum. Que sunt uallis quia inter diuites et superbos sunt pauperes depresse. et quasi inter montes site. Et sicut xs lilium fuit inter spinas. scilicet inter pharisseos et ypocritas. ita fidelis aia est inter filias babylonis. scilicet falsos fratres ypocritas. Iuxta anagogen capitis scilicet terra inarata est ordo uirginum in ecclia. cui flos est xs. quia est et delectacio et corona. et premium. Conuallis uero est ordo iniugatorum. inter uirgines et continentes. quasi inter duos montes sitorum. quia xs est lilium. scilicet candor. et gaudium. Et sicut lilium est inter spinas decore et odore. sic ecclia perfectorum est inter filias ierlm. i. inter perfectos. decore uite.

d spina

d lilio.